

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

Cap. II. Quos actus Sacramentum Poenitentiae complectatur: ac diuinam
vocationem ad eos exhortari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39652

solutionis: ut iusti feruētes, qui ex Dei gratia per multos annos viuunt ab aliis que mortali peccato, sed leuiter septies in die cadunt, frui possent fructibus huius Sacramenti; & maiorem puritatem, gratiaeque augmentum; & heroicorum actuum, qui in eo exercentur, meritum obtinere: sicut dictum est. Et quamvis alia quoque sint media, ad leuiam hanc peccata purganda: nullum tamen magis aptū & accommodatum est, quam hęc sit ablutio à Christo D. instituta, etiam ad leues culpas applicato sui sanguinis pretio, quemadmodum ipse Christus S. Petro dixit: *c qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lanet, culpas scilicet leues, quibus etiam, alioqui valde mundi, sepius obfuscatur.* Ideoq; dixit S. Augustinus: semper confitere, qui semper quod confitearis habes: ut Confessionis remedio in puritate crescas.

INTENDIT autem magnus Deus noster omnes vires suas, vt ostenderet, quanto affectu ac desiderio teneatur, ut copiosos huius Sacramenti fructus iusti percipiant. quamvis enim statuere potuisset, ne ab eisdem peccatis absolutio Sacramentalis repeteretur: (sicut in exteriori foro, cūm definitiva sententia de aliquo delicto profertur; non amplius idem delictum redit ad iudicem) noluit tamen hanc rationem in huius Sacramenti tribunali fernari, sed permisit absolutionem toties repeti, quoties eorundem peccatorum confessio repeteretur. ut iustus magis magisq; ab eis purificaretur nouis gratiae incrementis, quae animae puritatem semper promouent

Etiā uenialia re-mittit.

*e Ioan. 13.
10.
In Psal. 99.*

4.

C A P V T I I .

QVOS ACTVS SACRAMENTVM POENITEN-
tiae complectatur: ac diuinam Vocationem ad
eos exhortari.

POENITENTIA Sacramentum, cuius excellentias haec-nūs retulimus, multos actus complectitur, ad suam integratatem & perfectionem necessarios, quosdam ad ipsum Poenitentem, alios ad Confessarium spectantes. Qui ad poenitentem, tres sunt præcipue: CONTRITIO: CONFESSIO, & SATISFACTIO, qui plures alios in se continent. Nam CONTRITIO supponit alias considerationes, quibus peccatorum dolor excitetur; & aliqua proposita, ut peccatorum detestatio sit perfecta. CONFESSIO supponit examen Conscientiae examen, quo admissae culpae inueniantur, & cognoscantur: quam Confessionem, dum fit, excellentissimi alii actus comitantur. SATISFACTIO fit varijs poenalibus operibus, quibus penas ob culpas nostras debitas exoluimus. Hos omnes actus Confessarius suis actibus adiuuat,

Actus poeni-tentis.

adiuuat, quibus supplet pœnitentis defectus. extimulando illum ad veram contritionem; dirigendo ad Confessionis integratatem; & corrigendo, atque docendo, quid facere debeat; designans aliquam pœnitentiam faciendam; & absoluens à peccatis: ac in omnibus eum dirigens, quæ ad perfecta vitæ morumque reformationem sunt necessaria. Quod totum acceptare & implere meritò debet, qui perfectus est pœnitens. ad quam perfectionem trium dierum veluti itinere peruenitur. *Primo* à culpis expurgatur per contritionem & confessionem, accedente Sacerdotis absolutione: *Secundo* à pœnis debitibus liberatur per ieiunia, elemosynas, orationes, aliaque pœnalia exercitia: ad quod iuuant indulgentiæ & Sacrificia: *Tertio* mores reformatur, vitaque noua instituitur, a exuendo vitia omnia, & veterem hominem cum aliis suis, nonumverò eiusque opera & virtutes induendo, donec perfectionem Christiani hominis propriam maxima qua poterit firmitate consequatur: quam in Sacramentis Baptismi & Confirmationis fuit professus.

§. I. *Diuina ad omnes hos actus Vocatio.*

Ad prædictos omnes actus exhortatur diuina vocatio modis ac mēdijs in præcedentibus Tractatibus indicatis: quorum summa delineata est in ijs, quæ Israelitæ, cùm captiui in Ægypto tenerentur, Pharaoni proposuerunt. a Deis inquit *Hebraorum vocavit nos, ut eamus vi...m trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: neforte accidat nobis pestis aut gladius.* Quæ autem sunt hæ trium dierum viæ, quas Dei vocatio captiuis ob peccatum sub Dæmonis potestate proponit, nisi trium dierum itinera proximè insinuata: quæ instar viarum sunt, quas oportet peragere, ut ab ea captiuitate liberati, in libertate perfecta constituantur. si enim diuinæ vocationi resistentes, eas conficere neglexerint: superueniet eis pestis, aut gladius. *pestis* scil. vitæ depravata, quæ ab una culpa in aliam sine remedio labitur; & *gladius* iræ Dei, qui vindictam de eorum pertinacia sumet: permittendo eos in sua culpa mori. Hæ trium dierum vitæ in die, & in deserto peraguntur. præcedit enim & comitatur pœnitentem diuinæ illustratio, eum deducens & adiuuans, & à peccati tenebris exeat: & quasib⁹ lux matutina splendens procedat ac crescat usque ad perfectam sanctitatis diem. quamvis ipsa via aspera ex se sit, & laboriosa: propter quod, *desertum* appellatur. non quod boni comites illi desint, qui consolentur & adiuuēt: sed quod improbos deserat, quos eousque habuerat.

PRIMA via est Pœnitentia: quatenus illa per dolorem & Confessionem peccatorum, causa est iustificationis peccatoris. quæ, teste S. Hieronymo, significatur per primam Hebraorum stationem in c *Ramasses*, quæ vox

turba

Confessio.

Satisfactio.

a *Colloſſ. 3.9*

Renouatio.

a *Exod. 14.3*

¶ cap. 3.18.

Pestis gladii.

¶ 4.

b *Prou. 4.*

15.

Tres dies

Desertum.

1.

Epist. de 4.2.

mansioni.

vide *R̄ber.*

in *Osea. 6.8*

c *Exo. 22.37*

tuonum commotionem , aut amaritatem , aut gaudii sonitus lignificat si enim ex Aegypti strepitu per poenitentiam exeras , quamvis prauam & profanam turbationem deseras ; ingrederis tamen (vt ait David) in aliam sanctam & salutarem , d commosens ac turbans te ipsum : vt , tua peccata deflens , offeras Deo in hoc deserto e *Sacrificium* primum contriti & humiliati cordis , cum spiritus amaritudine , quæ mox in dulcedine in vertitur : cùm audis tonitru illud gaudii ex Confessarij ore procedens . Ego te absoluo . & tūc implet Deus , quod alias dixit : f in cunctis Düs AEgypti faciam iudicia ego Dominus . Nam vt S. Hieronymus declarat , qua nocte Deus Hebreos ab Aegypti liberavit , vindicta sumbit de omnibus idolis Aegypti : quæ destruxit , & eorum templa vastauit , quod factum significat iudicium , quod in Sacramento Poenitentiae de nostris peccatis facit . Diximus enim , Sacramentum hoc formam habere iudicij , in quo sententiâ iusta damnatur , & deuastatur maledicta idola : vt verus Deus solus , nec ullus aliis in anima viuat , quæ eius est creatura ; à qua semper adoretur , ipsique seruiatur

Si d non sistit hic diuina vocatio : nam mox inspirat viam diei secunda nempè Satisfactionem : vt fiat transitus , quemadmodum fecerunt Hebrei ex g *Ramasse in Socoth* , quod significat peregrinatum tentoria . Salus enim penitentiae , breuis ut plurimum est ; & aliquid super est solucendum atque sanandum . nec (vt supra fuit dictum) adhuc sanat , vt otiosus subsistas : sed ut pergas omnino , ipsoque exercitio conualescas , offerens Deo secundum h *Sacrificium infitiae* , in abundantia bonorum operum , ad exoluenda omnia debira & peccatorum reliquias mortificandas . Eadem vero opera augendæ quoq; sunt virtutes , ducendo in hoc mundo vitam , tanquam peregrini & proficiscientis ; querendo (vt ait S. Bernardus) præcipua tua stabilia bona , non in hoc terra exilio , sed in celo : quod est patria tua , pergedo semper in viapräceptorum , ac consiliorum diuinorum , donec ad illam peruenias .

Ad quod diuina vocatio diei tercia viam inspirat , vt transeas quemadmodum Hebrei in i *Etham* , quod significat *immaculatus* , seu *perfectus ero* . Præcipius enim finis tuus in hac vita debet esse , querere summam , quā poteris cordis mundiciem , & supremum Christianæ perfectionis gradū , cum integra totius vitae reformatione : offerens Deo tuo tertium *Sacrificium* & holocaustum perfectissimi amoris , cuius superius meminimus . Et tunc ait S. Hieronymus , impleri Scripturam dicentem : k *Dominus precedebat eos ad offendendā viam per diem in columnanibz* , & per noctem in columna ignis : vt dux esset itineris utroque tempore . Idem enim Deus , qui te vocat , vt ex Daemonis tyrannide exeras ; te quoque illustrat , accendit , deducit , auxiliumq; præbet in omnibus vijs tuis ; & in omni tempore prospero & aduerso , ne aberres à via : sed eius ductum sequens , perfectus euadas .

Ramasses.

d *Psal. 59.*e *Psal. 50.*f *Sacrificium*

primum.

g *Exo. 12.1.*

Ibid.

2.

Socoth.

h *Exo. 12.37*

Tract. 2.c.

i §. 4.

h *Psal. 4.6*i *Sacrificium*

secundum.

j *Serm. 7.de*

Resurrect.

3.

k *Exo. 13.20.*l *Etham.*m *Tertium*n *Sacrificium*o *Tract. 2.c. 6*p *Exo. 13.21.*q *Num. 14.14*

1 Osea 6.3.

L p q. 56. a. 3.
m Rō. 4. 25.
n cap. 6. 4.
o Psal. 50.
12.

Tres Spiritus.

a Jere. 31. 8.
Poenitentia
donum i. t.

1. Et sunt trium dierum viæ, de quibus Oseas Propheta: *I vindicabu nos post dies: in die tertia suscitabit nos, & vinemus in conspectu eius.* Nam quem admodum Christus Dominus noster, nostram redemptionem operatus est tribus diebus: feria scilicet sexta, in qua mortuus est; Sabbatho, in quo mansit in sepulchro, descenditque ad vincos educendos ex lymbo; & Dominica, qua gloriosus resurrexit: ita nobis eiusdem Redemptionis fructum applicat in hisce trium dierum vijs. Nam *Confessione* peccata nostra extinguit; *Satisfactione* à purgatorijs carcere eruit; *Emendatione* vero & reformatione eleuat nos ad vitam quandam nouam, valdeque perfectam, similem resurrectioni ipsius, quam , ait S. Thomas, exemplar esse nostræ iustificationis, quod & Apostolus affirmavit, dicēs: *m Christum Dominum nostrum tradidimus esse in mortem propter delicta nostra, & resurrexissemus propter iustificationem nostram;* & *n quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus, quæ ipsius vitae valde assimiletur.* Demissæ itaque petas, ad has trium dierum vias concedi tibi insignes illos tres spiritus, quos seruens ille pœnitens petebat, dicens: *o Cor mundum crea in me Deus & SPIRITVM RECTVM innova in visceribus meis.* Ne proicias me à facie tua; *& SPIRITVM S. tuum ne auferas à me.* Redde mihi letitiam salutaristui, & *SPIRITV PRINCIPALI confirmame.* Spiritus Rectus animam ab omnibus culpis purgans, eam renouat; Spiritus SANCTVS dicitur, qui gratijs ac virtutibus eam sanctificans etiam adiuuat in Sanctorum operum exercitatione; *PRINCIPALIS* denique est, qui perfectionem & in eis firmatatem tribuit.

§. 2. Prima via Pœnitentiae.

IN CIPIENTES igitur viam primam, quæ est Pœnitentiae, diceimus in genere, quæ sint necessaria ad eam fructuosè ambulandam. Praesupponimus autem omnes eius actus ab infinita Dei misericordia, eiusque gratuita vocatione prouenire. Quemadmodum Ieremias nomine populi cui captiuus fassis est, dicens Deo D. N. a castigasti me, & eruditus sum quasi inuenculus indomitus: conuerte me, & conuerter; quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conueristi me, egipœnitentiam & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentie meæ. Totum hoc attribuit Propheta Deo, vt intelligas, si tua peccata agnoscas; si passiones rebelles domes; si doleas ac de tuis peccatis erubelcas; si te ipsum propter ea castiges; si faciem tuam ad Dominum conuerteris, cui anteaverteras terga; id totum te facere, eò quod dignatio sua te præueniat, vocet adiuetque, vt ea exequi valeas. Vi autem etiam diligentiam intelligas, quam ex tua parte ad hanc conuersionem

finem præstare debeas , addit idem Propheta : statue tibi speculam , pone tibi amaritudines ; dirige cortuum in viam regiam , in qua ambulasti : reuertere sterilis virgo Israel , reuertere ad ciuitates tuas istas . usquequo delitiis dissolueris filia vaga ? quia creauit Dominus nouum super terram , F O M I N A in se CIRCVM DABIT V I R V M . Videtur Ieremias in spiritu locutus cum modernis , qui in Ecclesia nunc sunt , peccatoribus ; cosqué ad obsecnatum voluptatum pudorem , & ad peccatorum pœnitentiam permouere : ideoque iubet conſcendere speculam Fidei , & infinitam Dei charitatem perpendere : qui nullis nostris meritis , sed solâ suâ misericordiâ creauit , & cœcutus est N o v . v illud inauditum , quod virgo Spiritus sancti virtute conciperet , & in utero suo infantem quendam circumdaret , qui simile erat vir perfectus in Sapientia & Sanctitate ; qui est Christus Deus & Homo verus : cuius meritis captiuus Dæmonis consequuntur veram libertatem : & anima , quæ virgo erat sterilis , & inutilis b concipit & quasi parturit spiritum salutis , c donec formetur Christus in ea habitet que cum illa per fidem & Charitatem .

S E D quoniam opus habet aliquo , à quo iuuetur exire ex ea captiuitate , ait Propheta , vt statuat sibi speculam , siue , vt LXX . vertunt speculatorum , hominem scil . qui speculatoris officio fungatur : ad pœnitentem enim spectat , doctum & prudentem Confessarium sibi eligere : vt vterq ; simul deprehendant quicquid in conscientia continetur : præterita omnia rimando diligenter , & futura præueniendo . Vera enim pœnitentia , quemadmodum præterita mala cogitat , vt deleat ; ita præuidet futura , vt effugiat & quemadmodum infixis iam vulneribus adhibet antidota , vt curentur ita prospiciat de alijs ne , postquam conualuerit ægrotus , in eadem recidat .

In eum finem ponas tibi (vt ait Propheta) amaritudines , recensebis scil . omnia peccata tua coram Confessario , cum ingenti cordis tui amaritudine ac dolore , simul constituens ante oculos tuos causas & rationes , cur meritum de eis admissis dolere debeas . Quemadmodum idem Propheta insinuavit , dicens , d scito & vide : quia malum & amarum est reliquissim Dominum Deum tuum ; & non esse timorem eius apud te . Nominatim autem coijces oculos in omnes amaritudines , quas tuus Saluator perpessus est à tempore , quo in utero materno fese contraxit , usque dum expirauit in cruce . Quomodo enim non tibi amarescant peccata tua , si attendas tantam Deum tuum amaritudinem pro eisdem tolerasse ? quam ipse semper ante oculos habuit , vt eandem tu haberes coram tuis & ad pœnitentia amaritudinem ferendam incitareris tam eam , quæ prouenit ex pudore Confessionis ; quam , quæ ex satisfactionis operibus oritur ; teque ipsum offerres , ad omnia ea sustinenda vt amarum hoc antidotum animam tuam expurget , & sanitati restituat .

Peccatores
vocat Deus .

b Isai . 26 . 18
c Gal . 4 . 19

1 .
c . 88 . vide
Notationes .

Confessorius
speculator .

2 .

d Iere . 2 . 19
Peccata tua
Christo &
mara fuere .

3.
Primitus fer-
tor opere
xhibendus.

: Apoc. 2.5.

Cap. 38.

4.
Constantia
in bonis.

: Isiae 7.14.
Matth. 1.23.

g Isiae. 4.1

Christus fi-
lucia nostra

IUBET Propheta tertio, ut cor tuum dirigas ad viam rectam, in qua ambula-
fis: reuocans scilicet ac repetens bonos tuos gressus, exercitia que virtutum
qua antea habebas, cum Baptismi & Confirmationis gratia adhuc recens
in te manebat: qua feruenter ad Christianam perfectionem contendebas.
Statuas itaque feriò ad eandem illam redire viam; eodemq; aut maiori et
iam feruore, quam alias in ea pergere: amplectens Christi D.N. admoni-
tionem, dicentis cuidam penitenti: *memor esto, unde excideris: & age peniten-
tiam, & prima opera fac.* Nam vera penitentia non sicut in solis affectibus
aut sensis internis; sed progreditur ad exteriora opera. quemadmodum
LXX. Interpretum versio magis declarat, dum ait: *da cor tuum super humeros
tuos.* Quod S. Hieronymus exponit, quasi dixerit: coniunge cogitationi-
bus opera: & onus, quod desiderio offert te laturum, impone humeris, in-
cipiens statim illud re ipsa portare.

A c denique danda tibi opera est, ut reuertaris ad cunctas tuas, domini-
que Dei, & iustorum congregationem, vnde te subtraxisti: ut animo de-
liberato ac certo in ea im posterum habites, profundas iacens radices in
gratia & perfectione: quam per penitentiam reparas, ne vitam tuam te-
xendo & retexendo, extruendo & destruendo consumas: sed in bono sta-
bilis sis atque firmus. Quod si nouum tibi arduum que videatur: attende
quid Propheta addiderit. *Fereauit Dominus Novum super terram, virgo conci-
piet virum:* qui, quod sit vir nouus, gloriatur se noua facere, cum mortuos
resuscitat, inueteratos renouat, cor mutat, roborat imbecilles, qui in ipsis
habitant Ecclesia. Adde etiā impleri illud: *famina circumdat virum:* congrega-
tio enim iustorum circumdat verē, & in medio sui retinet Salvatorem
hunc omnipotentem, ipseque libens inter eos manet, ut iuvet, foueat, &
confortet; & vt a suis hostibus defendat, & vitiorum ac passionum oppro-
brium ab eis remoueat. Quod etiam significavit Propheta Isaiæ dicentis: *g
apprehendent septem mulieres, multitudo videlicet fideliū animarum, virum
vnum, Christum scilicet: petentes, se ab eo protegi, & opprobrium quod susti-
nebant auferri.* Si itaque unus tu esse vis eorum, qui virum hunc Salvato-
rem circumdat: & statuis firmiter apprehendere, fiduciam tuam in eo col-
locaudo: experieris, quantum in eo auxilium repositum habeas, ad nouam
vitam illius vitae similem ducendam, ac opprobrijs expeditam, quæ adserit
recidua in peccata. Ha sunt generatim Penitentium viæ, actusque
per quos in eis progrediuntur: de quibus in sequentibus Capi-
tibus agetur, adductis his, quæ ad singulos in par-
ticulari pertinent.